quorsum refero illud Hesych. Δυσαρεσκόμενοι· μὴ ἀρέσκοντες, Δυσαρεσκομένην· ἀπαρεσκομένην, quod haud dubie alicubi pro Δυσαρεστούμενοι scriptum invenit:[1] illud una cum εὐάρεσκος,[2] quod nuper admodum e Xenoph. Memor. iii. 5. 136. Schneider. sustulit, et δυσάρεσκος, quod uno Diphili exemplo firmatum, Porson. Advers. p. 313. suspectavit, e Lexicis nostris posthac exulabunt; itemque * ἀνθρωπαρεσκῆσαι[3] Ignat. Epist. xii. p. 262. Paris. quod Struvius meus suggessit, a Lexicographis omissum, et * δυσαρέσκησις emendanda sunt. Ap. Hesych. quod prope sequitur, Δυσαρεεῖ (sic)· δυσφροντίστω, mutandum videtur in Δυσωρεῖ· * δυσφροντιστεῖ. Sed illorum similia multa in Glossariis nostris etiam nunc circumferuntur verborum portenta, quorum potiora breviter recenseamus. * Ἀξιοπιστεύομαι, e Suida citatum, sed ap. Schol. Aristoph. Nub. 873. unde translatus est locus, pro ἀξιοπιστεύονται ante Hermann. legebatur, Ἀξιόπιστόν τι ἀεὶ οἱ διδάσκαλοι λέγοντες, unde leviter inclinatis literis ἀξιοπιστότεροι emergit, quod non usus modo, sed ratio quoque flagitat. Hesych. Βρενθύεσθαι· θυμοῦσθαι, ὀργίζεσθαι, ἀξιοπιστεύεσθαι, δυσχεραίνεσθαι. Leg. ἀναξιοπαθεῖσθαι. Neque etiam hoc concesserim, ap. eund. Βρενθύεται· ἀξιοπαθεῖ, βαρεῖται, σεμνύνεται, recte Hemsterh. emendasse ἀξιοπιστεύει. Multo præstat, ἀναξιοπαθεῖ. Ἀναξιοπαθεῖν[4] Plut. Parall. xvi. T. viii. p. 421. Hutt. Strabo viii. 170. T. iii. Tschuck. et recentissimi quique. Veteres Attici βαρέως φέρειν, δεινὰ πάσχειν, δεινοπαθεῖν: recentiores δυσπαθεῖν, * ἰσχυροπαθεῖν (Schol. Arati Phænom. 71.) ὑβριοπαθεῖν dixerunt. Phot. Παθαίνεσθαι· οὐ δεινοπαθεῖν. Sed est δεινοπαθεῖν καὶ σχετλιάζειν ap. Demosth. c. Bœot. Ὑπ. Προικ. 1023. Maxim. Tyr. x. 170. Reisk. idque sine nota prætermisit J. Poll. vi. 201. qui τὸ δεινοπάθεια respuit ut εὐτελές: contra παθαίνεσθαι Liban. Φιλοπ. T. iv. p. 799. Reisk. Sopater Διαιρεσ. Ζητημ. 405. Πρὸς μηδὲν τῶν ἐν ὑλῃ παθαίνεσθαι Synes. Dion. p. 50. d. apud antiquos non reperio. Ne quis autem medium verbum ἀναξιοπαθεῖσθαι præter usum me confinxisse putet, præsto est εὐπαθεῖσθαι ap. Suid. et Photii Τρύχεται· κακοπαθεῖται. Lexicis infer * δευτεροπάθεια, *δευτεροπαθεῖν, *ἰδιοπαθεῖν, *ὑστεροπαθεῖν, quæ Galen. confertim posuit de Locc. Affect. L. i. 3. 388. c. T. vii. Ἀδύναμαι. Hesych. Ἀμενηνός· ἀδυνάμενος, ubi, quum alii ἀδύναμος, alii ἀδύνατος correxissent, Albert. neutrum se improbare professus est, posse tamen ἀδυνάμενος ex Hippocr. defendi. Verum is non ap. Hippocr. credo, sed ap. Steph. vocem legerat, qui T. iv. p. 277. ἀδύνανται λύεσθαι in L. de Vict. Acut. legi memorat, nescio qua fide.[5] Nam neque in hoc libro, nisi plane cæcutio, neque in reliquis, ut a Lindenio et Charterio editi sunt, hoc legitur, neque dubito, si quid ejusmodi in prioribus edd. reperiatur, quin id protinus corrigendum sit. Οὐ δύνανται, μὴ δυνάμενοι quum frequentissime Hippocr. dixerit, quid causæ habemus, cur prodigiosum illud ἀδύνανται probemus? Δύο ἐπιῤῥημάτων ἰσοδυναμένων Hort. Adon. p. 29. b. s. δυσαμμ. et ejusmodi alia unde orta sint, in oculos incurrit. De Hippocr. quoniam mentionem injecimus, non alienum fuerit monere et illud: pro γαλακτοπιέτω, quod editum est etiam a Charterio de Int. Aff. p. 675. a. T. vii. recte Linden. c. 51. p. 261. T. ii. et Mack. c. 50. p. 383. T. ii. e Cod. γαλακτοποτεέτω emendasse, eosdemque pro θερμολούσθω de Morb. ii. 5. 555. b. T. vii. Linden. quidem θερμολουτεέτω c. 70. p. 93. de qua forma alibi dicemus separatim, hunc autem c. 29. 245. θεομολούσθω edidisse. * Συνευπάσχω non ita pridem Lexicographi nostri susceperunt, ductum, ut arbitror, e Demosth. Or. de Reb. in Cherson. p. 105. 23. T. i. Μὴ συνευπεπονθότων τῶν πολλῶν Ὀλυνθίων—μὴ συνευπεπονθότος τοῦ πλήθους, sic repetitum in Or. Philipp. iv. 149. 7. ut Reisk. e compluribus Codd. edidit pro μηδὲν εὐπεπονθότος. Id quomodo corrigendum putem, e sequentibus intelligetur: Μὴ σὺν κακῶς αὐτοὺς ποιεῖν, ἀλλὰ συνελευθεροῦν, Thucyd. iii. 13. 428. Ὅτι ἐξ αὐτῶν τὸ ἀντ' εὖ πείσεσθαι προσδοκᾶν ἐστι, Aristid. Κατὰ τῶν Ἐξορχ. p. 404. T. ii. male Normann. copulatis vocibus ἀντευπ. Plato Gorg. p. 159. T. iv. Εὖ ποιήσας ταύτην τὴν εὐεργεσίαν ἀντ' εὖ πείσεται. Sed hoc vix debellato monstro, ecce aliud instat, e latebris et tenebris mediæ Græcitatis emersum, * ἐνευπάσχειν, quod Schneider. citat e Nicet. Ann. xxi. 6. Sed id neque h. l. scriptum invenitur, neque, ut mea memoria est, usquam alibi, neque suspicio abest eum, a quo Schneider. hoc sumsit testimonium, * ἐνευπαθεῖν, quod legitur L. ii. 6. sive L. i. Manuel. Comn. c. 6. p. 46. a. Paris. ad ἐνευπάσχω retulisse operas autem in numero scribendo aberrasse. Τοῖς κατὰ κοσμὸν ἐνευπαθεῖ τερπνοῖς, Id. L. v. 6. 94. d. quod neglectum reliquerunt Lexica. * Εὐπορίζειν. Lucian. de Conscr. Hist. liii. Εὐμάθειαν εὐπορίσει τοῖς ἀκούουσι, ubi ut εὐπορήσει, quod Cod. Marc. et Flor. habet præ Schæferi emendatione ἐκπορίσει amplectar, his moveor ratiunculis. Εὐπορεῖν nunc Habere, nunc Suppeditare significat; prius illud rarenter cum quarto casu, (Εὐπορέει τὴν τροφὴν ἐκ της ἐγγυτα δεξαμένης, Hippocr. de Corde c. viii. 292. Lind. T. iv. p. 271. b. Charter.: Λόγους δὲ, δι' οὓς ἂν ἄμεινον ζῶσιν, οὐ σφόδρα εὐπορεῖν μοι δοκεῖτε, Themist. Or. xxii. 265. b.) ut plurimum cum secundo conjungitur, pariter ut medium εὐπορεῖσθαι, quod nonnunquam dativum adsciscit, (Strab. viii. 220. T. iii. Εὐπορουμένη ὕδασι.) Altera significatione Plato Legg. xi. 133. Ταυτά γε πάντα δύναται πᾶσιν ἐπικουρίαν ταῖς χρείαις ἐξευπορεῖν, Dem. Sup. Phorm. 962. Χρήμαθ' ὑμῖν προσευπορηκώς, Æschin. c. Timarch. p. 121. Ὅθεν δὲ ταῦτ' εὐπόρησε, cf. Demosth. c. Apatur. 894. 14. De Reb. in Cherson. 94. c. Bœot. p. 1019. c. Neær. 1369. 10. Lycurg. c. Leocrat. p. 233. T. iv. Magna itaque suspicio est, ne ii, qui primi exemplaria Græca transcripserunt, antiqui sermonis inscitia, ubi activam significationem requiri intelligerent, εὐπορίζειν intulerint: ut Dion. Hal. de Ant. Rhetor. iv. 229. T. v. Τοῦτο δ' εὐπορίσεις τῷ λόγῳ, ubi Schæfero ἐκπορίσεις scribendum videtur. Ap. Lesbon. Λογ. Πολιτ. p. 7. T. viii. * Ἐξευπορίζοντες ὅπως αὐτοὺς ὡς ἐλάχιστα λυπήσομεν, legendum est ἐκπορίζοντες. Philostr. Epp. xxi. p. 922. Οὐκ ἄν ποτε εὐπορίσαι σκωμμάτων ὁ ἀλιτήριος, corrige εὐπορῆσαι. Galen. de Sect. c. 1. p. 286. T. ii. Ὅθεν εὐπορίσαντο τὴν ἐπιστήμην. Idem de Administr. Anatom. L. ii. 2. 48. b. T. iv. Εὐπορίαν τῆς ἀπολογίας εὐπορίζεσθαι. In Xenoph. Anab. V. 8. 25. Schneider. e Cod. Par. edidit, Ἢ ἀσθενοῦντι ἢ ἀποροῦντι συνεξεπόρισα, ut Porson. præscripserat; Weisk. et priores * συνεξεπόρισα, cui parum aberat quin locum daret Schneider. Pro συνεξεπόρισα autem, quod quidem eminentissimis auctoribus video placuisse, mihi præplacet vulgatum * συνεξευπόρησα,[6] ut ap. Dinarch. c. Demosth. p. 43. T. iv. Διαλεγόμενος ἡτυχηκότι καὶ συνευπορῶν ἀπεστερημένῳ. Quam proclives autem omni tempore ad ejusmodi errores fuerint critici, exemplo est * συνευ-

[1] Forte hoc verbum legerat in Philone Judæo, e quo id affert G. Wakef. in Mss. loco non indicato.

[2] "Εὐαρέσκως, Placide. Hinc Ἀπ. iii. 5. 5. Δοκεῖ μοι—ἄρχοντι εὐαρεσκοτέρως διακεῖσθαι ἡ πόλις, Operam dare ut magis placeat, np. obedientia. Margg. * εὐαρεστοτέρως." Lex. Xenoph. Vulgatum nonnihil tueri videtur, quod in Anti-Atticista ap. Bekk. Anecd. Gr. T. i. p. 95. legatur, Εὐαρέστως· καὶ τοῦτο διώκουσιν. Ad Xenoph. enim locum respici nulli dubitamus. Laudat Glossæ: * Εὐαρέσκησις. Placor, oris, O. Εὐαρέστησις· Arbitrium, P. Εὐάρεστος. Placidus. Εὐάρεστος· Complacuo.

[3] Imo recte se habet verb. ἀνθρωπαρεσκῆσαι, quod, pariter atque ἀνθρωπαρεσκεία, de quo vide Suid. Phavor. et Sniceri. D. Scotto in Append. ad Thes. Gr. L. citatos, formatum est ab ἀνθρωπάρεσκος.

[4] Idem Plut. in Catone Minore lix. T. iv. p. 473. Reisk. Αὐτῆς τε τῆς Ῥώμης οὔπω δι' ἀήθειαν παντάπασι δεδεγμένης τὸν χαλινὸν, ἀλλ' ἀναξιοπαθούσης, καὶ συνεξευπαθούσης πρὸς πᾶσαν μεταβολήν. Pseudo Plut. de Fluv. T. ii. p. 720. et 779. 3. "Dionys. Halic. T. ii. p. 663." Schæf. in Mss. "Demarati Arcadic. ii. ap. Stob. p. 228. 35. Clem. Alex. Pædag. p. 70=189. 40. Joseph. Antiqq. xv. 3. 2." G. Wakef. in Mss. * Ἀναξιοπαθεία, ἡ, nutante eodem viro docto, legitur in Josephi Antiqq. xv. 3. 2.

[5] Albert. forte ad Ind. Thes. respexit; ibi enim Noster sic loquitur:—"Ἀδύναμαι, i. q. ἀδυνατῶ, Non possum. Hippocr. de Victu in Morb. Acut. ἀδύνανται λύεσθαι, Solvi nequeunt."

[6] "Polyb. Fragm. lvi. c. 49. p. 560. Συνεξεποιοῦντο ταῖς ἐκ τῆς Λακωνικῆς ἐπαρκείαις καὶ χορηγίαις, leg. συνεξευπορ." Lobeck.

πορίσαντες Demosth. c. Pantænet. 980. in margine Lutet. adscriptum, ut videtur, a Lambino; εὐπορίσωσι, quod ap. Dion. Halic. Antiqq. viii. 68. p. 1673. Portus reponebat pro εὐπορήσωσι, et complura alia. Addam et illud: ap. Zosimum L. i. 59. p. 90. Reitem. Ἐκ τούτου τε χορηγία τοῖς πολιορκουμένοις εὐπορεῖ, dubium mihi esse, an scribendum sit εὐπορεῖτο. Galen. de Comp. Medic. s. Locc. viii. 1. 560. Κηρὸς εἰ μὴ ποντικὸς εὐποροῖτό σοι. *Δυσελπίζειν tribus Polybii locis occurrit, ubi Scaligero δυσελπιστεῖν emendanti temere obloquitur Schweigb. Εὐελπίζειν e Charit. v. 1. p. 106. Lips. sustulit Dorvill. *Εὐελπιστεῖν e Nicet. Ann. xxi. 11. 415. addendum Lexicis. In Hesych. Ἀελίσποντες· οὐκ ἐλπίζοντες, magno consensu reponunt, *ἀελπίζοντες. Soping. ἀελπέοντες, quod infra legitur.[1] Suid. (et Zonar. p. 53.) Ἀελπέων· οὐκ ἐλπίζων. Ἀελπτέοντες· *ἀνελπιστοῦντες, Ἡρόδοτος· Ἀελπτέοντες τοὺς Ἕλληνας ὑπερβαλέσθαι. In Hesychio fluctuant incerti, ἀελπτέοντες scribi debeat, an ἀέλποντες, pro ἀελπέοντες et ἀελίσποντες. In his judices desidero, qui Linguam Græcam tractarunt in sua amplitudine; hi negabunt Græcum esse ἀέλπειν (aut ἀελπεῖν): fatebuntur ἀελπτεῦντες scribendum ap. Hom. Il. H. 310. quia hanc solam formam analogia monstrat esse legitimam. Non ab ἔλπω formatur ἀέλπω, sed ab ἄελπτος formatum fuit ἀελπτεῖν: sicut ab *ἀβλεπτος, ἀβλεπτεῖν, ab ἄσεπτος, *ἀσεπτεῖν: hoc, omissum Lexicographis, habet Soph. Antig. 1350. Ἀβλεπτῶ restituendum est Etymologo in Λεύσσω pro *ἀποβλεπτῶ.[2] *Λοξοβλεπτοῦντες (pro vulg. *λοξοβλεποῦντες) Thomæ M. in Διάστροφοι restitui debuerat e Mss.[3] Valck. ad Herod. vii. p. 583. *Λοξοβλεποῖσα Theocr. xx. 13. Reisk. et Brunck. conjecerunt; ἀβλεπτέω Hippocr. de Decent. Hab. v. 255. b. T. ii. Euseb. H. E. x. 8. 489. Ap. Hesych. Ἀβλεπτῇ· ἀβλεπτοῦντα, scribendum est haud dubie Ἀβλεπῇ, si tamen id quoque in usu fuit.[3] Ceterum Grammaticorum testimoniis de v. ἀελπεῖν fidem abrogare mihi religio est,[4] Græcos quum videam in formando sermone sæpe tenui quadam similitudinis umbra ductos esse, e quo factum est, ut idem vocabulum non eodem omnes modo inflecterent. Notum est, quantopere Codd. fluctuent inter καιροφυλακτεῖν et καιροφυλακεῖν. Hoc Albert. ad Hesych. s. Καιροφυλακησαι unice probat, illud Reiskio ad Demosth. Or. in Aristocr. p. 678. 17. analogiæ magis convenire videtur; mihi propter multorum auctorilatem utrumque. Ἀφυλακτεῖν Aristot. H. A. viii. 1. p. 318. Schneid. Appian. Bell. Pun. xi. 21. 352. Ὑπὸ των περὶ Ἀντίπατρον καιροφυλακτούμενα, Joseph. Antiqq. xvi. 3. 792. Cod. Busb. καιροφυλακτούμενα. Καιροφυλακεῖν Philo de Nomm. Mutat. 1073. d. de Præm. et Pœn. 923. d. Sopater Διαιρ. Ζητημ. p. 314. et 332. Schol. Thucyd. v. 54. *Καιροσκοπεῖν, cujus mentionem Stephanus, Schneiderus auctorem omisit, usurpavit Eustath. ad Il. A. p. 30. Lexicis adde *εἰρηνοφυλακεῖν, Philo de Decal. p. 769. *θαλασσοφυλακεῖν, Nicet. Ann. iii. 7. 64. b. *ἡμεροφυλακεῖν ap. Suid. et Phot. s. Ἡμερωρεῖν,[5] (quam glossam e Rhetorico, ut videtur, Lexico transcriptam retulit Eustath. p. 1335. 19.) *ναυφυλακεῖν, Eustath. 1562. 36. *νεοφυλακτεῖν ap. Hesych. ubi Albert. malit νεοφυλακεῖν, de qua scriptura dicam

[1] "Ἀελίσποντες ap. Hesych. οὐκ ἐλπίζοντες, Non sperantes, pro quo infra ἀελπέοντες ex eodem." H. St. Thes. Ind.

[2] Locus est hic: Λεύσσω· τὸ βλέπω. Ἔστι ῥῆμα βλέπτω· ὅθεν καὶ ἀποβλεπτῶ· ὅπερ Αἰολικως γίνεται βλέσσω, ὡς ὄπτω, ὄσσω, καὶ κατὰ ἀποβολὴν τοῦ β, καὶ πλεονασμῷ τοῦ υ, γίνεται λεύσσω. Quem ante Valck. eodem modo correxerat Sylburg. cujus hæc sunt verba:— "Ἀποβλεπτω mendi suspicione haud vacat; melius ἀβλεπτῶ, ea forma qua ἀελπτῶ supra 20. 22. Ἀβλεπτοῦντες sane cum verbali ἀβλέπτημα legitur ap. Suid."

[3] In usu id fuisse, patet ex eod. Hesych. Ἀβλεπές· φαῦλον, ubi vide Albertii not.

[4] "Ἀελπέοντες Hesych. affert pro μὴ ἐλπίζοντες, Non sperantes, pro quo ap. Suid. ἀελπτέοντες: ap. eund. tamen Suid. itidem, "Ἀελπέων· οὐκ ἐλπίζων, Non sperans. Ἀελπτέον, Diffidendum. V. L. Potius tamen significaret, Non speraudum, Desperaudum." H. St. Thes. Ind. "Ἀελπτέω, idem cum ἀελπέω et ἀέλπω, Non spero, Despero, teste Suida, ἀελπτέοντες exponente ἀνελπιστοῦν-"τες, afferenteque ex Herodoto (l. c.) Ἀελπτέοντες τοὺς Ἕλληνας ὑπερβαλέσθαι. Itidem ap. Etym. (p. 20. 22. Ἀελπτέοντες· ἀνελπι-"στοῦντες, οὐκ ἐλπίζοντες, ἀπὸ τοῦ ἔλπω, ἀελπτω, καὶ, Ἄελπτον· ἀπροσδόκητον ἐχθρόν.)" Idem ibid. Post ἀπροσδόκητον comma poni debet, ut ponitur in Ed. Ald. Hesych. Ἄελπτον· ἀνέλπιστον, ἀπροσδόκητον, δεινὸν, αἰφνίδιον. "Melius ἀελπτω circumflexum, ut v. præcedente (ἀελπτέοντες), et infra 236. 19. (Τὰ εἰς πτω λήγοντα ῥήματα βαρύνεται, βλάπτω, βάπτω, ὄπτω· τὸ δὲ ὀπτῶ, ἐκ του ὀπτω βαρυνόμενον διήλλαξε· χωρὶς εἰ μὴ προκατάρχει ὄνομα· διὰ τὸ ἀελπτω, καὶ *ἀπεπτῶ, εστι δὲ ἄελπτος καὶ ἄπεπτος), 464. 1. (Πᾶν ῥῆμα εἰς πτω λῆγον βαρύνεται, εἰ μὴ προκατάρχει ὄνομα, ἢ διαστολὴ γένοιτο σημαινομένου, σκάπτω, θάπτω· τὸ γὰρ ῥιπτῶ, Ἀττικὸν ἢ ποιητικόν· νίπτω, τύπτω· τὸ δε τυπτήσω, ὡς ἀπὸ περισπωμένου· προσκειται, εἰ μὴ προκατάρχοι ὄνομα, διὰ τὸ *ἄβλεπτος ἀβλεπτῶ, ἄπεπτος ἀπεπτῶ, ἀλείπτης, φιλαλειπτῶ· ἢ διαστολὴ γένοιτο σημαινομένου, διὰ τὸ ὀπτῶ, πρὸς ἀντιδιαστολὴν τοῦ ὄπτω.)" Sylburg. Paulo audacius loqui debebat vir doctus; non enim solum *melius* ἀελπτῶ circumflexum legeretur, sed Etymologi mente sic postulante legendum est. Nam Lexicographus ille nunquam tradidisset ἀελπτέοντες formatum esse ἀπο τοῦ ελπω, ἀελπτω, quod falsum esset, cum ἀελπτέοντες certo certius sit ab ἀελπτέω. Hæc duo Etymologi loca Valckenaerii sententiam, a Lobeckio supra citatam, mire confirmant. Ceterum glossæ ejusdem Etymologi, Hesychii, Suidæ, et Zonaræ in v. Ἀελπέων, Ἀελπέοντες, Ἀελπτέοντες, respicinnt proculdubio vel ad Herod. vii. 168., vel ad Hom. Il. H. 310. At in Herod. Codices ἀελπτέοντες enm Suida et Etym. constanter exhibent. "Eustath. simpliciter dicit, repetens verba poetæ, Καί ῥ' ἤγον προτὶ ἄστυ, ἀελπέοντες ἢ ἀελποντες σόον εἶναι. Sed, qnanquam etiam ap. Hesych. est ἀελπέοντες, quod ex h. l. ductum videri possit, et ἀελπέων ap. Snid. [et Zonaram]: tamen veram lectionem et ap. Hesych. ἀελπτέοντες esse puto cum Heinsio, Jensio, Alberto, et Homeri quoque hanc veram lectionem credo, qnam Ms. Lips. habet in textu et in Scholiis. Ea est vox Ionica, Herodoto etiam usurpata. Ἀελπέω vix credo ferre analogiam." Ernest. ad Homeri loc. Præter Ms. Lips. ἀελπτέοντες habet Villoisoni Ed. ad fidem Codicis Veneti recensita, atque in ejusdem Scholiis legitur: Ἀελπτέοντες· οὐκ ἐλπίζοντες, ἀλλ' ἐπεγνωκότες. Sed, etsi nos ἀελπτέοντες s. ἀελπτεῦντες cum Valck. Gr. linguæ ratione sic flagitante et Mss. Lips. et Ven. faventibus, Homero restitui vellemus, iidem tamen Hesychii ἀελπεόντες in ἀελπτέοντες cum suis interpretibus et Ernestio mutari nollemus, quippe qui in Suida et Zonara, Ἀελπέων· ουκ ἐλπίζων, in Eustath. antem legerimus, Ἀελπέοντες ἢ ἀέλποντες. Ἀελπέω pro ἀελπτεω, sic contra analogiam verbum hocce Grammatici veteres scripsisse videntur. Toup. Emendd. in Snid. T. iii. p. 509. Herodoti locnm ab Hesychio respici putat, atque adeo recte ἀελπτέοντες, qnæ est, ut supra monnimus, Herod. Codd. constans scriptura, quamque agnoscunt Suidas et Etym., emendavit. Sed Hesych. Homeri versum in animo habuisse, nobis satis probabile videtur ex ipsius verbis, Ἀελπέοντες· μὴ ἐλπίζοντες, Ἀελίσποντες· οὐκ ἐλπίζοντες, qnæ plane respondent verbis Pseudo-Didymi, Ἀέλποντες· *ἀελπίζοντες, et Scholiastæ Veneti, Ἀελπτέοντες· οὐκ ἐλπίζοντες, ἀλλ' ἐπεγνωκότες, cum Etymologi glossam ad Herodoti locnm pertinere, Ἀελπτέοντες· ἀνελπιστοῦντες, οὐκ ἐλπίζοντες, pateat e Suida, Ἀελπτέοντες· ἀνελπιστουντες, Ἡρόδοτος. Ut ἀελπέω corrupte legitnr pro legitima forma ἀελπτέω, sic ἀελπὴς male ponitnr pro *ἀελπτὴς, *ἀελπία et *ἀνελπία pro *ἀελπτία." Hesych. Ἀελπές· ἀνέλπιστον. Ἀελπάρεα· δεινά. "An pro ἀελπέα, ab ἀελπες, qnod idem ac ἄελπτον: ἄελπτον autem ab ipso Hesych. exponitnr δεινὸν, unde non mirum et ἀελπέα eidem esse δεινά." Kuster. Pro ἀελπὲς repone ἀελπέα: respicitnr enim ad Odyss. E. 408. Ὦ μοι· ἐπειδὴ γαῖαν ἀελπέα δώκεν ἰδέσθαι, ubi Pseudo-Didymi Scholia, Ἀελπέα· ἀνέλπιστον. Veram lectionem ἀελπτέα nobis servavit Apollonii Lex. Homer. Ἄελπτον· ἀνέλπιστον, καὶ, Ἀελπτέα· τὸν ἀνέλπιστον. "Nec Homerica est forma ἄελπτον, nec admodnm difficilis: dedit forte Apollon. Ἀέλποντες· ἀελπίζοντες, ex Il. H. 310. ubi cf. Schol." Villois. Saltem scribendum esset, Ἀελπτέοντες propter sequens Ἀελπτέα. Sed hoc longins a vnlgata lectione recedit, quæ satis recte se habet. Apollonii mens est hæc, ab Ἄελπτος ὁ ἀνέλπιστος formari Homericum Ἀελπτὴς ὁ ἀνέλπιστος. At quanouam in Iliade et Odyss. ἄελπτος non legatur, extat tamen Hymn. in Apoll. 91. Λητὼ δ' ἐννῆμάρ τε καὶ ἐννέα νύκτας ἀέλπτοις Ὠδίνεσσι πέπαρτο. At cum Apollonius nusquam alibi Hymnos Homericos suas in partes vocasse videatur, nec hic ad Hymn. in Apoll. 91. respexisse crediderimus. Quod autem ad vocem ἀελπτία attinet, legitnr ea in Archilochi Fragm. xiii. p. 293. Gaisf. xxxv. p. 117. Liebel. Κιχάνει δ' ἐξ ἀελπτίης φόβος. "Ἐξ ἀελπτίης hinc ap. Hesycb. corrigendum esse pro ἐξ ἀελπτόης, vix dubitare licet. ['Et sic Toup. Emendd. iii. p. 386. et p. 509.' Gaisford. Adde G. Wakef. ad Hesychii marg.] Vide Wessel. ad Herod. p. 56. 42." Jacobs. Sed in glossa constitnenda Toupio et Jacobsio præivit Pierson. Verisim. p. 254.:— "Hinc emendandus est Hesych. Ἐξ ἀελπτόης· ἐξ ανελπίστου. Virornm eruditorum conjecturæ sponte dilabuntnr, simnl atqne ex hoc loco apparet nnica tantnm litera mutata legi debere, Ἐξ ἀελπτίης· ἐξ ἀνελπίστου. Adhibnit idem vocabulnm Pindar. Pyth. xii. 54. (Ἀλλ' ἔσται χρόνος Οὗτος, ὃ καί τιν' ἀελπτία βαλὼν Ἔμπαλιν γνώμας τὸ μὲν δώσει, τὸ δ' οὔπω.)" Jam vero in Archilochi Fragm. pro ἀελπτίης ap. Heraclid. ed. Gale. p. 412. scribitur ἀελπίης, notante Toup. ll. ee. De vocibus vero ἀέλπω, ἀελπέω, ἀελπτέω, ἀελπίζω, ἀελπὴς, ἀελπτὴς, et ἄελπτος Schæf. in Mss. consuli jnbet Heyn. ad Hom. v. 359., qui liber nobis hæc scribentibus non est ad manum. Idem Schæf. ibid. Hesychio pro corrupto ἀνελπία, Ἀπόγνωσις· *ἀνελπία, restituit *ἀνελπτία. Sed ἀνελπτία derivandum esset ab *ἄνελπτος, cujus vocabuli cum ne nnum quidem vestigium alibi appareat, amplectenda est lectio ab Hesychii interpretibus ap. Albert. proposita, nempe ἀνελπιστία.

[5] "Ἡμερωρεῖν, Suidæ est ἡμεροφυλακεῖν, Hesychio ἡμεροφυλακτεῖν, qnod nonnulli interpr. Interdiu custodire." H. St. Thes. Ind. Zonar. p. 993. Ἡμερωρεῖν· τὸ ἡμεροφυλακεῖν, ὥρω γαρ τὸ φυλάσσω.

alias, * νομοφυλακεῖν Liban. Φιλοπολ. p. 801. T. iv. * ὁδοφυλακτεῖν Phot. s. * ὁδωρεῖν. Τειχοφυλεῖν, quod usurpant Appian. Bell. Hisp. vi. 92. 215. Plut. V. Crass. xxvii. 450. T. ii. Dion. Hal. iv. 16. p. 678. Etym. s. Διεκωδώνισε, per mihi mirum est Schneiderum suspectum habuisse, dubitantem, ne τειχοφυλακτεῖν, quod ap. Polyæn. occurrit, rectius esset. Analoga sunt, ut sic dicam, ἀφυλακτεῖν, sola; ad alterum genus pertinent * εἰρκτοφυλακεῖν, Philo Quod Deus immut. 310. a. *ἱματιοφυλακεῖν, Lucian. Philops. p. 300. οἰκοφυλακεῖν, Æsop. Fab. lxxxii. p. 52. ὀπισθοφυλακεῖν, Irmisch. ad Herodian. viii. 268. * σιτοφυλακεῖν, Appian. Bell. Pun. viii. 47. 361. ὠοφυλακεῖν, Aristot. H. A. vi. 13. 273. x. 26. 450. quæ in Lexicis non satis munita extant, multaque præterea alia, quibus omnibus substantiva in φύλαξ ortum dederunt. Non absimilia sunt * ἀπραγεῖν, et ἀπρακτεῖν, στερνοτυπέω et στερνοτυπτέω,[1] ξηραλοιφέω et * ξηραλειπτέω, et centena alia, de quibus plura dicenda habeo, quam quæ hoc sermone explicari possint." C. A. Lobeck. Comm. i. in Phrynichi Ecl. nondum edita p. 4—11. Plura ap. ipsum eruditissimum virum in Comm. ii. iii. et iv. legi possunt. Hæc pro specimine sufficiant. "Haudquaquam admirandum est," inquit idem Comment. vii. in Phryn. p. 3., "gravissimum J. Scaligeri judicium, quo verbum *εὐαγγέλλω atque alia quædam huic similia civitate ejecit, neque olim magnopere esse animadversum, et non ita multo post ex animis et memoria hominum ita plane excidisse, ut ab uno Schæf. custoditum videatur, (adde Jungerm. ad J. Poll. iii. 106.) et esse etiam nunc aliquos, qui his scilicet seditiosis vocibus aures claudant, atque hac tota ratione nihil pravius fallaciusque esse vociferentur. (Acerrimus nuper extitit hujus doctrinæ oppugnator, J. W. Riemer in Lex. Gr. T. i. p. 414. ed. noviss. qui quæ protulit exempla, aut correcta jam sunt, aut corrigentur, post, si quis me locus admonuerit.) Etenim præcepti hujus tanta vis, tantaque sententia est, ut, nisi omni et verborum et nominum genere explicetur, quanta et qualis sit, intelligi nequeat; sin autem perfecta ante oculos ponatur, etiam invitis suffragium extorqueat; quod ostendam. Namque hæc ratio, quæ derivata a primitivis terminationis quadam diversitate discriminat, ita velut in venas et in omne corpus linguæ Græcæ permanavit, nullum ut reperiatur genus vocabulorum, quod non ad eam rationem adtemperatum sit." Exempla, quæ in Scaligeri regulam peccare videntur, hæc notavimus. 1. * Δυσαναβλαστέω, quod Schneider. in Lex. affert e Plut. Sympos. vi. 2. T. viii. p. 746., Ὅθεν ἡ ποιοῦσα διῃῆν ἔνδεια λήγει καὶ παύεται, τῆς ὑγρότητος ἀπὸ τοῦ βαρυνομένου καὶ δυσαναβλαστοῦντος ἐπὶ τὸν δεόμενον καὶ ποθοῦντα μεθισταμένης τόπον. Sic edidit Reisk. Sahnasii conjectura est hæc, * δυσαναβαστοῦντος. "T. * δυσαναβαστίζοντος. Forte leg. δυσανασχετοῦντος ἀναβλυζούσης, καὶ ἐπὶ τὸν δεόμενον." Wyttenb. 2. Δυσοίζω.] "Δυσοίζειν, Hesychio[2] est "φοβεῖσθαι, ὑποπτεύειν, Timere, Suspectare, qui "δυσοίζει Laconibus esse dixerat *δυσχερεῖ, ὑπονοεῖ."

A [Pro δυσοίζει in Cod. Ven. teste Schowio est δυσοίζει. Pro δυσχερεῖ autem, quod est nihili verbum, Albert. δυσχεραίνει reposuit, et sic Abresch. Animadvv. ad Æschyl. ii. 21. p. 385. Vide Æschyli Schol. mox citandum. Clemens initio Epist. ad Corinth., Διὰ γενομένας ἡμῖν συμφορὰς καὶ περιπτώσεις, ἀδελφοί, δυσοίζομεν ἐπιστροφὴν πεποιηκέναι. Vide ibi Patric. Junii not. Hesych. Δύσοιο· φοβοῦ. "Forte, Δυσοίζεο, a δυσοίζομαι." Guyet. et Is. Voss. Æschyli Agam. 1325. Οὗτοι δυσοίζω, θάμνον ὡς ὄρνις, φόβῳ, ubi Schol. Οὐ δυσχεραίνω, φησίν, ὡς ὄρνις θέλουσα εἰς καλιὰν εἰσελθεῖν, καὶ θῆρά τινα φοβουμένη. Hesych. Δυσοίζου· οἰωνιζομένου, καὶ ἄγαν ὑποπτεύοντος. "Vereor ut hæc sana sint, et non exciderint quædam Quare expendendum relinquo peritioribus, an ex Eurip. in Rheso v. 805. medicina fieri possit loco male adfecto, Μηδὲν δυσοίζου πολεμίους δρᾶσαι τάδε Leviori opera sanes, quod habetur infra, Ἐδύσωξα· ὑπενόησα, forte, Ἐδύσοιξα." Abresch. Misc. Obss. V. 3. p. 99. Is. Voss. reponit, Ἐδύσωξα, i. e. ἐδυσώπησα. B "Suum morem si relinuisset Voss. fieri non poterat, quin ad veri vestigia perveniret. Repone, Ἐδύσοιξα. Supra: Δυσοίζει· δυσχεραίνει, ὑπονοεῖ. Λάκωνες. Idem est Δυσωχεῖν[3] δυσχεραίνειν. Hinc emenda, * Ἐπιδυσωχεῖν· ἐπιτωθάζειν. Origo verbi et ratio majoris est operæ." T. Hemsterh. "Hesych. Δυσοίζει· δυσχερεῖ, ὑπονοεῖ, Λάκωνες. Cum Moleste ferre a quibusvis Græcis, ab οἴω, Fero, dici potuerit δυσοίζειν, quod Æschylus jam adhibuit in Agam. (l. c.) dubites forsan, an Λάκωνες ex vicinia huc, ut alibi, immigraverit; verbum tamen Doriensibus usitatum monstrat ap. Hesych. Ἐδύσοιξα. Hinc mihi longe diversum videbatur Ἐπιδυσχεῖν· ἐπιτωθάζειν· et in Ἐπιλλίζειν, non in Ἐπιδυσωχεῖν, mutandum." Valck. ad Theocr. Adoniaz. p. 290. a Schæf. in Mss. citatus. "Si scripsit poeta (auctor Rhesi) πολεμίους, quod additur, Μηδὲν δυσοίζου, nequit explicari: verbo rarissimo speciem conciliat δυσοίζων, Moleste ferens, supra positum v. 724., quodque præbet Hesych. Δυσοίζου. Huc Rhesi locum, dubitanter tamen, C VV. DD. retulerunt, et multo magis alienum Clementis Romani. Si lenissima mutatione refingas Hesychianum in, Δυσοίστου· οἰωνιζομένου, καὶ ἄγαν ὑποπτεύοντος, nihil aliud desideres: duplicem in talibus significandi vim sæpius attigit Thom. M. Vide T. H. in Lucian. p. 179. Isto sensu Δύσοιστος dici potuit cautus ille dux Atheniensium Nicias, καὶ φύσει δεισιδαίμων, ut dicitur Diodoro Sic. xii. c. 12. f. Thucyd. p. 478. 2. Scripserat, opinor, Schol. Aristoph. Eq. 357. Δυσοιώνιστος (pro * Δυσώνητος) γὰρ ὁ Νικίας. Quam vocem adhibet in Lysistr. 506. Lucian. ii. p. 355. Nusquam nobis lectum * δυσοιωνεῖν e Phrynichi Soph. Appar. nihi suppeditavit Ruhnk. Δυσοιωνεῖν· τὸ * δυσφήμως καὶ * ἀπαισίως ἐπί τινι πράξει μελλούσῃ διαλέγεσθαι, (in Bekk. Anecd. Gr. T. i. p. 35.) Nihil horum quadrat in hunc Rhesi locum, ubi nescienti famulo, quis herum obtruncasset, sinistri tamen aliquid de sociis suspicanti, hos nisi memoraverint, respondere debuerunt vigiles, Dubitare

[1] Sic ἀπαρκίας et ἀπαρκτίας dicebatur. Vide Nostrum in Ἀπαρκίας. Phrynichus Arab. Σοφ. Προπαρ. ap. Bekk. Anecd. Gr. T. i. p. 19. Ἀπαρκτίας· μετὰ τοῦ τ, οὐκ ἀπαρκίας.

[2] Obiter defendendus est Hesych. contra Albertii conjecturam. Hesych. Δύσμορος· * κακοθάνατος, ἄθλιος, ἢ * κακόμορφος. Δύσμορφος· ἄμορφος, ἄσχημος, δυστυχής. Pro κακόμορφος Salmas. et Bruno reponunt κακόμορος. "Concinne, si postremum illud huc pertineret. Sed referendum est ad v. Δύσμορφος. Vel potius, crediderim hanc glossam cum proxime sequenti commissam esse. Ut verbo absolvam, sic omnia restituenda: Δυσμορος· κακοθάνατος, ἄθλιος, δυστυχής. Δύσμορφος· ἄμορφος, ἢ κακόμορφος, ἀσχήμων. Ita enim, quam ἄσχημος malim, quod vetera Lexica sine ulla auctoritate exhibent. Supra Ἀσχήμονα explicuit, ἄμορφον. Suid. [et Zonar.] Δύσμορος· δυστυχής, κακοθάνατος, quæ nostram emendationem confirmant." Albert. Δυστυχής ad Δύσμορος pertinere monuerat et Noster in v. Δύσμορφος. "Ἀσχημος, ου, ὁ, ἡ, Deformis, Turpis. "sed sine ulla auctoritate." H. St. Thes. Ind. Vox extat in Etym. 2. 23. Ὃν Πρίηπον ὀνομασθῆναι, ἄσχημον καὶ θυαιδοῖον. Rejecit tamen eam et Schneider. forte Albertio monitus. Sed amplius de hac quæstione cogitandum est. Nam recte dicitur ἄσχημος pro ἀσχήμων, ut *εὐσχημος pro εὐσχήμων. Anti-Atticista in Bekk. Anecd. Gr. T. i. p. 35. Εὐσχήμων ἐπὶ τοῦ καλοῦ. "Vide Notas ad Herod. 455." Schæf. in Mss. Hinc * εὐσχήμως ap. Enrip. Hec. 569. Πολλὴν πρόνοιαν εὐσχήμως πεσεῖν. "Vide Steinbr. Mus. Tur. i. p. 197." Schæf. in Mss. Ab εὐσχημος vero formatum est v. εὐσχημολογέω, de qua vide Nostrum. "Aristæn. i. 26. Ἀντὶ χρωμάτων καὶ γλώττης χειρὶ * πολυσχήμῳ καὶ ποικίλοις ἤθεσι κεχρημένη. In universum notent tirones, adjectiva exeuntia in σχημος non nisi in recentioribus scriptoribus inveniri.——Antiquiores Græci utuntur forma in ων." Bast. Specim. n. Edit. Aristæn. p. 29. Sed Eurip. uti adverbio εὐσχήμως notavit Schæf. ad Dionys. H. de Comp. Verb. p. 202.

[3] "Δυσωχεῖν Hesychio δυσχεραίνειν, Indignari, s. Ægre ferre. Ab eadem proculdubio origine, a qua δυσχεραίνειν." H. St. Thes. Ind. "Ἐπιδυσχεῖν, Adulari, Palpari. Ita V. L. ex Hesych. qui exp. ἐπιτωθάζειν. Sed suspecta est hæc scriptura." Idem ibid. Hemsterhusii conjectura ἐπιδυσωχεῖν Albertio placebat. G. Wakef. ad Hesychii marg. citat Plut. de Herodoti Malign. T. ix. p. 429. Reisk. Τί γὰρ ἂν τις * ἐπιδυσχεραίνῃ, Θηβαίους ἀεὶ καὶ Φωκέας πικρῶς αὐτοῦ καὶ κατακόρως ἐμνησικακοῦντας; Sed Reisk. restituit, probante Wyttenb. ἔτι δυσχεραίνῃ, idque omnino recte; nusquam enim alibi legitur verb. ἐπιδυσχεραίνειν. Pro ἐπιτωθαζειν autem in Cod. Ven. teste Schowio scribitur ἐπιτωμάζειν. Vide Valck. in textu citatum.

omnino noli, quin hostes hoc facinus patraverint: scripserat itaque poeta, Μηδὲν δοιάζου, aut, quod malim, Μήδ' ἐνδοιάζου πολεμίους δρᾶσαι τάδε. In τοιοῦτος, ποιεῖν, corripitur et a Tragicis interdum οι, multo tamen rarius ab Eurip. quam a ceteris. Ἐνδοιάζειν et ἐνδοιάζεσθαι est ἐν δοιῇ εἶναι, vel ἑστηκέναι, Dubitare. Thucyd. i. p. 28. 75. 78. 84. Ἐνδοιάζων τῇ γνώμῃ Sylla Plutarchi i. p. 457. b. Herod. vii. p. 589. 99. Οὐδ' ἔτι ἐνδοιαστῶς, Parthen. π. Ἐ. Π. c. ix. p. 363. Φράζειν ἐκέλευε τοῖς ἀδελφοῖς, μὴ (μήδ') * ἐνδοιᾶσθαι, ὡς τῆς πράξεως ἐπὶ τέλος ἀχθησομένης, εἰ μὴ ἐκεῖνοι ἐνδοιασθεῖεν." Valck. Diatr. c. x. p. 108. a Schæf. in Mss. citatus. "Leg. Μηδὲν δύσοιζ' οὐ πολεμίους δρᾶσαι τάδε, Ne suspiceris alios, quam hostes, hoc fecisse." Musgrav. Et sic nuper edidit Matthiæ. "Ab οἴω, οἴομαι, οἴζω, οἴζομαι," Guyet. ap. Albert. ad Hes. "Illud δυσοίζω etiam ab οἴ factum puto, οἴ, οἴζω, δυσοίζω. Οἰμώζειν est ab οἴμοι, hoc ab οἴ solo: ὤζειν[1] ab ὤ ex Aristoph. recte adducit Stanl. Addam illud: οἴ non semper est dolentis, ideoque δυσοίζειν emphatice usurpatum cum charactere." Pauw. Eustath. ad Il. A. p. 127. 9. Τὸ δὲ ὀϊζυρὸς τοιαύτην ἔχει παραγωγήν· ὥσπερ παρὰ τὸ αἶ ἐπίῤῥημα γίνεται τὸ αἰάζω, καὶ παρὰ τὸ ὦ, ὤζω ἐν Αἰσχύλῳ, ἐξ οὗ τὸ οἰμώζω, οὕτω παρὰ τὸ οἶ, οἴζω, ἐξ οὗ παράγωγον οἰζύω, καὶ κατὰ διάλυσιν, ὀϊζύω· ὡς τὸ, Ἀλλ' ἄγε δὴ περὶ κεῖνον ὀϊζυε· ἐξ οὗ ὀϊζὺς, ἡ ἀξία θρήνων κακοπάθεια, καὶ ὀϊζυρὸς, ὁ θρήνων ἐπάξιος. Schol. ad Aristoph. Vesp. 1495. Ἀλλ' ὦ 'ζυρέ· τὸ πλῆρες, ἀλλὰ ὦ οἰζυρέ. Οἰζύω, τὸ θρηνῶ, καὶ κακοπαθῶ, παρὰ τὸ οἶ θρηνητικὸν ἐπίῤῥημα, γίνεται οἴζω, ὅθεν οἰζύω, καὶ δια-

A λύσει ὀϊζύω, ὅθεν ὀϊζὺς, καὶ ὀϊζυρὸς ὀνόματα· ὀϊζὺς, ἡ κακοπάθεια, θρηνεῖν ποιοῦσα, καὶ ὀϊζυρὸς, ὁ κακοπαθῶν, καὶ ἄθλιος. Etym. 619. 56. Ὁ δὲ Ἀπολλώνιος λέγει, ὅτι ἔστιν οἴ ἐπίῤῥημα σχετλιαστικὸν ἢ θρηνητικόν· ἐκ τούτου γίνεται οἴζω, ὡς λίαν λιάζω, καὶ αἴ αἴ αἰάζω· ἐκ δὲ τοῦ οἴζω γίνεται οἰζύω, καὶ κατὰ διάλυσιν, ὀϊζύω, καὶ οἰζυρός· Δυσοίζω igitur, e δὺς et οἴζω compositum Scaligeri regulæ repugnat. 3. * Δυσθανατάω, quod mirum est in Lex. suum recepisse Schneider., contra eandem regulam formatum est, pariter ac * δυσθανατόω. "Δυσθανατάω, δυσθανατέω, Bastii Specim. p. 31. Wesselingii Obss. p. 166. G. Wakef. ad Soph. Trachin. 29." Schæf. in Mss. Mœris p. 356. Σφαδάζειν, Ἀττικῶς· δυσθανατᾷν, Ἑλληνικῶς, ubi male Pierson. ab eodem Schæf. ibid. indicatus:—"Δυσθανατᾷν pro δυσθανατεῖν recepi e Coisl. et Coll. Schl. Hanc enim verbi formam agnoscit Etym. in Θανατῶ." Locus est p. 442. 45.: Θανατῶ· ὅτε μέν ἐστιν ἁπλοῦν, ἔστι τρίτης συζυγίας τῶν περισπωμένων· οἷον, θανατῶ, θανατοῖς, καὶ σημαίνει τὸ φονεύω· ὅτε δὲ σύνθετον, B δευτέρας, οἷον, δυσθανατῶ, δυσθανατᾷς, ubi Sylburgius, viro docto prætermissus, "Verius," inquit, "ὅτε δὲ σύνθετον, πρώτης, οἷον δυσθανατῶ δυσθανατεῖς, nam δυσθανατεῖν iu prima dicitur ut δυσαρεστεῖν, et secundæ conjugationis verbum θανατᾷν, ut φονᾷν, sicut terminatione, ita etiam siguificatione diversum est, v. 50." Vulgatæ tamen lectioni favet Etymologi contextus. Vide Jungerm. mox citandum, qui verum vidit. Etym. p. 737, 15.: Ἐν δὲ τῷ Ῥητορικῷ Λεξικῷ εὗρον, τὸ σφαδάζειν σημαίνειν τὸ δυσθανατεῖν, ματαίως σπᾶσθαι, χαλεπαίνειν, μετ' ὀργῆς στενάζειν, ὡς Εὐριπίδης καὶ Πλάτων· Διὰ παντὸς βίου * σφαδᾷ. Respicitur

[1] "Ὤζειν est τὸ ὦ λέγειν, ut οἰμώζειν, τὸ οἴμοι λέγειν, h. e. dicere ὄ, Exclamare cum admirativa particula ὤ. Utitur eo "Æschylus, sed et Aristoph. Vesp. (1527.) Ὤζωσιν οἱ θεαταί." H. St. Thes. Ind. Æschyli locus est in Eumen. 121. ΚΛ. Ἄγαν ὑπνώσσεις, κ' οὐ κατοικτίζεις πάθος· φονεὺς δ' Ὀρέστης τῆσδε μητρὸς οἴχεται. (ΧΟ. Ὠγμός.) ΚΛ. Ὤζεις; ὑπνώσσεις; οὐκ ἀναστήσῃ τάχος; Τί σοι πέπρακται (πέπρωται Bentl. Stanl. et Schutz.) πρᾶγμα πλὴν τεύχειν κακά; (ΧΟ. Ὠγμός.) ΚΛ. Ὕπνος πόνος τε κύριοι συνωμόται Δεινῆς δρακαίνης * ἐξεκήραναν μένος. "Voces μυγμὸς et ωγμὸς non pronuntiautur a Choro, prout Cantero visum est; sed tantum denotant Chorum inter dormiendum stertere, et ronchum ciere. Μυγμὸν, Mussitationem, sequitur ὠγμὸς, Oscitatio, qui gestus est expergefactorum." Stanl. Schol. ad Æschyli locum, Ὡς παρὰ τὸ, αἶ αἶ, αἰάζειν, οὕτω παρὰ τὸ ὦ ὦ, ὤζειν. Photius: Ὤζειν· θαυμάζειν. Ὤζηκεν λέγουσιν. "Lego, κραυγάζειν. Certe Hesych. ac Phavor. ὤζειν per βοᾷν interpretati sunt." Schleusner. Animadvv. in Photii Lex. p. 132. Alteram glossam, quæ huc pertinere videtur, intactam reliquit vir doctus, et nos quoque aliis emendandam relinquimus. Sed recte se habere vocem θαυμάζειν, Critico illi suspectam, patet ex Eustath. ad Il. X. p. 1279. 33. Ἰστέον δε ὡς οἰμωγὴ μὲν ἐκ τοῦ οἰμώζω, αὐτὸ δὲ ἐκ τοῦ οἴμοι καὶ τοῦ ὤζειν, ὅπερ ἀπὸ τοῦ ὦ γίνεται. Τούτου δὲ ἡ χρῆσις, παρ' Αἰσχύλῳ ἐν Εὐμενίσι. Λέγει δε περὶ τοῦ τοιούτου ῥήματος καὶ Αἴλιος Διονύσιος οὕτω, Ὤζειν· τὸ θαυμάζειν, ὡς ὦ, [l. ὦ ὦ. Valck. Diatr. p. 21.] λέγειν, καθὰ καὶ οἰμώζειν, τὸ οἴμοι λέγειν, καὶ φεύζειν, τὸ φεῦ λέγειν. Schol. ad Aristoph. Vesp. 1524. Τὸ δε ὤζωσιν, ἀντὶ τοῦ, θαυμαστικόν τι λέγωσι, σύνθετον δέ ἐστιν, ὡς τὸ οἰμώζειν, καὶ κλώζειν, ἀπὸ τοῦ ω θαυμαστικοῦ. "Ὤζωσιν οἱ θεαταί, i. e. Admiratione perculsi spectatores clament et vociferentur, cum viderint arduos secundum Phrynichum saltus, crure sc. in sublime extenso. Puto vero legendum per ο magnum, ὤζωσιν. Fictum verbum a particnlis ὦ, ὤ, quo etiam usus est Æschylus in Diris; proinde ut ab αἶ αἶ, v. αἰάζειν, ab οἴμοι v. οἰμώζειν, et a φεῦ φεῦ, fecit etiam idem Æschylus novum verbum φεύγειν [imo φεύζειν] in Agam. [1317.], ubi cum Cassandra dixisset φεῦ, φεῦ, respondet Chorus, Τί τοῦτ' ἔφευξας; Ego vero arbitror etiam ab ἒ ἒ manasse ἐλέγους eadem ratione, vel potius ἀναλογίᾳ." Flor. Christian. ad Aristoph. l. c. Sequentia loca indicavit Schæf. in Mss. "Hesych. Εἰάζων· εἶα ἐπικελεύων, Εὐριπίδης Χρυσίππῳ. Ab εὖα sic formarunt εὐάζειν, ab αἶ, αἶ, αἰάζειν, atque ad eandem rationem ab aliis voculis, literisque, quas velut affectus notas interserunt orationi, verba produxerunt: ab ἃ formarunt ἄζειν. Grammat. S. Germ. Ms. penes Ruhnk. (in Bekk. Anecd. Gr. T. i. p. 348.) Ἄζειν· τὸ στένειν, Σοφοκλῆς. Ἄζειν· τὸ διὰ τοῦ στόματος ἀθρόως ἐκπνεῖν ἄζειν λέγουσιν Ἀττικοὶ, μιμούμενοι τὸν ἦχον τοῦ πνεύματος, οὕτω Νικόχαρις. Sic a φεῦ, φεύζειν, ab οἴ lamentantis οἴζειν, (ut ab οἴμοι, οἰμοίζειν, οἰμώζειν), ab ὦ admirantis ὤζειν. Hesych. Ὤζειν· βοᾶν. Ὦζεν· ἐβόησεν. Ὤζοντες· βοῶντες, καὶ λέγοντες ὦ ὦ, καὶ θαυμάζοντες." Valck. Diatr. p. 20. "Quod legitur in hoc loco Theocriti (Adoniaz. 124.) ὦ admirantis, (quod ab ὢ distinguit H. St. Append. Thes. p. 53. et 103.) verbum peperit ὤζειν, significans Cum admiratione ὦ ὦ exclamare: semel illud legitur in Aristoph. Vesp. 1518. quem locum a se emendatum primus explicuit R. Bentl. in Respons. ad Boyl. ex ed. Lennep. p. 149." Valck. ad Adoniaz. p. 403. Cyrilli Alexandr. Lex. Ms. ap. Matthiæ Gloss. Gr. Min. p. 42. Ὤζοντες· θαυμάζοντες. "Hæc glossa in Lex. A. B. non legitur. Hic autem alieno in loco posita est. Non rejicienda tamen, v. Hesych. h. v. et Schol. Æschyli p. 494." Matthiæ. "Ὠγμὸς Hesych. φωνὴ μετὰ τοῦ ἐκβοηθῆσαι ἢ μετὰ χειροτονίας. Derivatum ab ὤζω." H. St. Thes. Ind. "Ὀττοτοῖ (s. Ὀτοτοί), Hesychio θρηνῶδες ἐπίφθεγμα, ut Hei, Heu, Ah. Legitur ap. Æschyl. et Luc." H. St. Thes. Luciani Contempl. xvii. T. i. p. 513. Ὅταν δε σφαλῶσι, πολὺ τὸ ὀττοτοῖ, καὶ αἶ αἶ, καὶ ὤ μοι μοι, et Fugit. xxxiii. T. iii. p. 384. Φεῦ τῶν κακῶν, ὀττοτοῖ, παπαιπαῖαξ. "Porsoni Orest. 1386. ('Ὀττοτοὶ Ald. solenni errore, qui et in ὀτοβεῖν frequenter occurrit'), Wakefieldii Trach. 1009. Valck. ad Phœn. p. 375." Schæf. in Mss. Zonar. p. 1477. Ὀττοτοῖ· ἀντὶ τοῦ φεῦ. Ὀτοτοῖ, Æschyli Agam. 1266.: Ὀτοτοτοῖ, Pers. 921. Chœph. 869. Suppl. 896.: Ὀτοτοτοτοῖ, Pers. 1048. 1056. 1081. 1085. Suppl. 905.: Ὀτοτοτοτοτοτοτοῖ. Chœph. 156. Hinc VERB. "Ὀτοτύζειν, Hesychio λέγειν, θρηνεῖν, Dicere, Flere." H. St. Thes. Ind. Zonar. p. 1477. Ὀττοτύζειν· βοᾶν, ἠχεῖν. "An sic leg. ap. Hesych. pro λέγειν?" Tittmann. Lectionem λέγειν recte se habere, satis constat ex hoc Albertii nota:—"Habet vocem Comicus Pac. 1011. ubi Schol. Ὀτοτύζειν· θρηνεῖν, ut Suid. Idem. in Lysistr. 520. Ὀτοτύζεσθαι (ὀτοτύξει τοι edidit Brunck.), unde * Ὀτοτύξιοι per lusum dixit in Av. 1043. quod præter Schol. monuit Eust. in Hom. p. 594. 27. (Ἰστέον δὲ ὅτι τοῦ ὀλοφυδνὸν, προϋπόκειται θέμα τὸ ὀλοφύζω, ὅμοιον τῷ ὀλολύζω, ἵνα ὡς παίζω παιδνὸν, οὕτως ᾖ καὶ ὀλοφύζω ὀλοφυδνόν· καὶ ὥσπερ ὀλολύζω ὀλολυγμὸν, τρύζω τρυγὼν, οὕτω καὶ ὀλοφύζω ὀλοφυγδών· ὡς τὸ, Ὀλοφυγδόνα φύσεις· εἰ δὲ καὶ τὸ ἔθνος οἱ * Ὀλοφύξιοι, ἐκ τοῦ τοιούτου παράγονται ῥήματος, ἀφ' ὧν παίζει τοὺς Ὀτοτυξίους ὁ Κωμικὸς, οὐκ ἔστι στερεῶς εἰπεῖν. Πόλις δέ φασι Θρακικὴ περὶ Ἄθων * Ὀλόφυξος, ἀφ' ἧς ἱστορεῖταί τις Ἡρόδοτος γράψας Περὶ Νυμφῶν.) Iterum in Thesmoph. 1093. Οἴμωζε et ὀτότυζε commutat, ubi Schol. Ὀτότυζε· λέγε, * θρήνει [leg. θρηνεῖ], ut h. l. λέγειν, pro quo plenius leg. ὀτοτοῖ λέγειν, nisi e regula nostra illud ὀτοτοῖ subaudire malis, tanquam latens in v. ὀτοτύζειν. Sup. Αἰαλλιάσας s. Αἰάσας· οἴμοι sc. λέγων." "An scripserat Hesych." inquit Abresch. Animadvv. ad Æsch. ii. 19. p. 369., "ὀτοτύζειν λέγειν,—ut κλαίειν λέγειν? an in λέγειν supplendum ὀτοτοί?" Semper ὀτοτοὶ et ὀτοτύζω scribendum esse monet Porson. ad Phœn. 1052., a Schæf. in Mss. citatus, qui consuli jubet Brunck. ad Phœn. 1048. et Musgr. ad Eurip. p. 217. a. ed. Beck. Ab ὀτοτύζω autem venit COMPOS. * Ἀνοτοτύζω. "Cassandræ exclamanti Ὀτοτοτοτοῖ, inquit Chorus, Τί ταῦτ' ἀνωτότυξας; Quorsum illud ototototoi effers? Pari modo v. 1316. ΚΑ. Φεῦ, φεῦ. ΧΟ. Τί τοῦτ' ἔφευξας; Cas. Pheu! Pheu! Cho. Quare pheu exclamas? Ut ab ὀτοτοτοῖ ὀτοτύζω, sic a φεῦ verbum novum confinxit Æschylus; etenim ab imperfectis voculis vel exclamandi vel lugendi sæpe fiunt verba." Stanl. ad Æsch. Agam. 1083. "Ἀνωττότυξας, vel ἀνωτότυξας, jure tuetur Abresch. Animadvv. p. 369. Quod H. Stephano venerat in mentem, ἀνωλόλυξας præfert in isto versu Tragici Schol. in Eurip. Phœn. 1035." Valck. ad Phœn. 1045. a Schæf. in Mss. citatus. Eurip. Hel. 376. Βοὰν, βοὰν δ' Ἑλλὰς κελάδησε κἀνωτότυξεν "Valde placet, quod habet margo Barnesianæ, Κἀνωλόλυξεν, Clamorem lætum et triumphalem edidit. Hoc enim est ὀλολύζειν. Vide Æsch. Sept. c. Th. 831. Eum. 1051. Orest. 1143. 'Clamorem triumphalem edidit, tamen et illa capiti manus imposuit.' De quo more commode citat Barnes. Samuel. L. ii. c. xiii. 19. Plura vide ad Electr. 148." Musgr. ET * Ἐποτοτύζω. Eurip. Phœn. 1050. ed. Pors. Ἰήϊον βοὰν, βοὰν, Ἰήϊον μέλος, μέλος, Ἄλλος ἄλλ' ἐπωτότυζε Διαδοχαῖς ἀνὰ πτόλιν, ubi Schol. ap. Valck. Ἐπωτότυζε· ἐσχετλίαζεν, ἀπὸ τοῦ ὀττοτοί. "Cum membr. cum aliis habeant ἐπετότυζε, Brunck. edidit ἄλλον ἐποτότυζε. Male τ duplicant Mss. et editi quidam. Semper ὀτοτοὶ et ὀτοτύζω scribendum." Porson.

ad Plat. Polit. ix. 6. p. 579. Καὶ φόβου γέμων διὰ παντὸς τοῦ βίου, σφαδασμῶν τε καὶ ὀδυνῶν πλήρης, unde, notante Ruhnk. ad Timæi Lex. p. 243., corrigendum est Etymol. Phot. p. 411. Σφαδάζειν· φράσσειν, δυσθανατεῖν, ματαίως σπᾶσθαι, χαλεπαίνειν, μετ' ὀργῆς στενάζειν, ubi Cod. D. σφάσσειν. "Mendose Hesych. Ἀνασπάζουσιν· ἀναταράσσουσιν. Repone, Ἀνασφαδάζουσιν· ἀναβράσσουσιν. Eodem mendo liberandus est Suid. Σφαδάζειν· θράσσειν, δυσθανατεῖν, ματαίως σπᾶσθαι, χαλεπαίνειν, μετ' ὀργῆς στενάζειν. Scribendum, Σφαδάζειν· βράσσειν. Facem nobis præfert Hesych. alia glossa, Σφαδάζει βράζει,—σπεύδει, διασείει leg. διασείεται, θυμοῦται, etc. Neutrale verbum non explicationem ταράττειν, sed ταράττεσθαι postulasset, ut alibi ap. Hesych. Σφαδάζει· ταράττεται ὑπὸ τραύματος ζέοντος." Ruhnk. l. c. Adde Nicandri Alex. 25. Ἡ δὲ ταρασσομένη τὰ μὲν ἔβρασεν ἤλιθα νηδὺς Πνεύματα. Sed vera lectio in Hesych. est ἀναβράζουσιν, in Photio autem βράζειν. Hesych. enim ipse in glossa a Ruhnk. et Schleusnero male suspecta habet, Σφαδάζει· βράζει. Et in Zonara quoque p. 1697. est, Σφαδάζειν· διεγείρειν, (lege cum Tittmanno, διεγείρεσθαι,) βράζειν, διαπίμπρασθαι, ἢ τὸ δυσθανατεῖν, καὶ ματαίως σπᾶσθαι. Βράσσω est Ferveo, Bullio, at βράζω præter hanc significationem notat et Tacite lamentari, qui sensus cum v. σφαδάζω, prout supra expositum est, optime convenit. Hesych. Βράζειν· τὸ ἡσυχῆ ὀδύρεσθαι, nisi Βράζειν irrepsit pro Βραγχιᾷν: in Etym. enim p. 211. 24. reperitur, Βραγχιᾷν γάρ τὸ ἡσύχως ὀδύρεσθαι. Plura vide infra in v. Βράζειν. "Suid. (et Zonar. p. 586.) Δυσθανατῶντα· βιαίως τὸν βίον καταστρέφοντα. Ἐν δέ τινι μοίρᾳ τῆς ἀτραποῦ δυσθανατῶντα στρατιώτην (στρ. in Zonara deest) Ῥωμαῖον περιεβλέψαντο, τέτρασι βολαῖς τὸ σῶμα κοσμούμενον. Agathias (Hist. L. iii.) ap. Jungerm. ad Poll. iii. 106. (Οὐκ ἐνεγκόντες ἄνδρας δυσθανατῶντας, καὶ ὅποι αὐτοῖς τὸ θράσος χωρήσει, οὐ λογιζομένους). Δυσθανατεῖν, Philostr. V. A. v. 16. Δυσθανατοῦν, Hesych. Σφαδάζει· δυσθανατοῖ, nisi velis δυσθανατεῖ." Pierson. l. c. Cod. Marc. teste Schowio habet, δυσθάνατ.", pro quo Musurus dedit, Δυσθανατοῖ. J. Poll. l. c. Εἴη δ' ἂν τούτοις προσῆκον, καὶ ἐπιθανάτως ἔχειν, καὶ Ἡρόδοτος, ἐδυσθανάτει, οὗ τὸ ἐναντίον, εὐθανάτως, Κρατῖνος λέγει. Respexit ad Herod. ix. 72. Ὁ δ' ἐξενηνεγμένος ἐδυσθανάτεέ τε καὶ ἔλεγε πρὸς Ἀρίμνηστον, Ægre moriebatur, ubi Valck. "Utrumque fuit in usu δυσθανατεῖν et δυσθανατᾷν. Mœr. Att. l. c. ubi notat Pierson. Syllaba repetita scripsisse videtur Athenag. de Mort. Resurr. s. 4. (p. 49. ed. H. Steph.) Οὗτοι δέ γέ φασιν πολλὰ μὲν σώματα τῶν ἐν ναυαγίοις καὶ ποταμοῖς δυσθανατώντων (vulgo δυσθανάτων) ἰχθύσι γενέσθαι τροφήν." "Etym. in Θανατῶ scribit, θανατῶ verbum cum simplex sit, esse tertiæ flexorum, ut θανατῶ, θανατοῖς, significareque φονεύω. Ὅτε δὲ, ait, σύνθετον, δευτέρας, οἷον δυσθανατῶ, δυσθανατᾷς, quemadmodum sc. δοκῶ δοκεῖς simplex, primæ; compositum, secundæ, προσδοκῶ, προσδοκᾷς. Tum addit, Ὅτε δὲ τὸ θανατῶ δευτέρας συζυγίας, σημαίνει τὸ ἐπιθυμῶ ἀποθανεῖν. Ἰώσηπος· Ἀνδρὶ θανατῶντι μὴ συμπλέκεσθαι, ἤγουν ἀνδρὶ ἐπιθυμοῦντι καὶ προαιρουμένῳ ἀποθανεῖν μὴ προσβαλέσθαι εἰς μάχην. Ubi si priora ab eo dicta mecum considerabis, in Josephi loco mirum, ni etiam mecum legendum putaveris, δυσθανατῶντι. Subjicit et alium locum Libanii, (Ποῦ δὴ καὶ ἐπὶ τούτῳ θανατᾷν;) de quo idem dicendum videtur. Meminit et hujus verbi δυσθανατᾷν Etym. in Σφαδάζειν. (Imo ibi est δυσθανατεῖν.) Ceterum pro δυσθανατῶ, Euripidis δυσθνήσκω barbarum est, ut notat Encyclopædiæ sol limpidissimus Notis suis in Interpretis Phrynichei Notas." Jungerm. l. c. Sed quamvis recte viderit Jungerm. in verbis, ὅτε δὲ σύνθετον, δευτέρας, οἷον, δυσθανατῶ, δυσθανατᾷς, a Sylburgio suspectis, nihil a librariis peccatum esse, (Etymologi enim mens vulgatam lectionem satis tuetur,) erravit tamen in credendo Josephi et Libanii loca emendatione egere. Nam dixerat Etym. simplex esse tertiæ flexorum, θανατόω θανατοῖς, compositum autem secundæ, δυσθανατάω δυσθανατᾷς, ut simplex primæ δοκῶ δοκεῖς, compositum secundæ προσδοκῶ προσδοκᾷς: deinde subjungit, Ὅτε δὲ τὸ θανατῶ δευτέρας συζυγίας, σημαίνει τὸ ἐπιθυμῶ ἀποθανεῖν, i. e. θανατῶ θανατᾷς secundæ, poni pro ἐπιθυμῶ ἀποθανεῖν, tum vero loca ex Josepho et Libanio affert, in quibus θανατᾷν sumitur pro προαιρεῖσθαι ἀποθανεῖν. Josephi autem locus, quem in animo habebat Etym., est de B. J. iii. 7. 18. Τοῖς μὲν ὁπλίταις τὰς ὁρμὰς αὐτῶν ἐκκλίνειν ἐκέλευσεν, καὶ μὴ συμπλέκεσθαι θανατῶσιν ἀνθρώποις ubi sensus plane postulat editum θανατῶσιν, Mori cupientibus, non δυσθανατῶσιν, Ægre morientibus. Idem Joseph. ibid. iv. 1. 4. Παρασπῶντες γὰρ τὰ τῶν πεσόντων ξίφη, κατὰ τῶν δυσθανατώντων ἐχρῶντο: v. 9. 3. Ἔπειτα ἀποσείεσθαι τὸν ζυγὸν, δυσθανατώντων οὐ φιλελευθέρων εἶναι: vi. 1. 8. Ἰουλιανὸς μὲν οὖν πολλὰ δυσθανατήσας. iv. 4. 3. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν δυσθανατώντων, καὶ πλησίον οὔσας τὰς τιμωρίας διακρουομένων σκῆψις ἐστιν. Idem tamen ibid. v. 12. 3. dixit, Ξηροῖς γὰρ τοῖς ὄμμασι, καὶ σεσηρόσι τοῖς στόμασιν οἱ δυσθανατοῦντες ἐφεώρων τοὺς φθάσαντας ἀναπαύσασθαι, ubi vel scribe δυσθανάτῶντες, vel potius cetera loca ex hoc corrige. Ceterum δυσθανατῶ, si contracte ponitur pro δυσθανατόω aut δυσθανατάω, tam barbarum est, quam δυσθνήσκω. Nam δυσθνήσκω e Scaligeri mente barbarum est, quia e δύς et θνήσκω compositum, cum Gr. linguæ ratio τὸ εὖ καὶ τὰ στερητικὰ μόρια non componat cum verbis, sed cum nominibus. At δυσθανατάω aut δυσθανατόω, quia e δύς et θανατάω aut θανατόω compositum, contra Scaligeri regulam peccat. Rectius igitur proculdubio dixeris δυσθανατέω, quod a δυσθάνατος formatur. Verba enim cum εὖ et δύς composita descendunt ab adjectivis, quæ cum iisdem particulis componuntur, semperque in έω desinunt, ut *δυσκωφέω, (in Leonidæ Tarent. Epigr. lxxix. a Schæf. in Mss. citato, Δυσκώφει μὴ Γόργε,) a δύσκωφος, *δυσπιστέω a δύσπιστος, (Albert. ad Gloss. Gr. in N. F. p. 99.:—" Hesych. Οὐ διεκρίθη· οὐκ ἀμφέβαλεν, οὐκ ἐδυσπίστησεν." Nota postremam vocem δυσπιστεῖν, quæ in Lexicis non extat. M. Meibom. ad oram Hesychii sui legendum conjicit, ἐδυσπέτησεν, Ægre aut impatienter tulit. Sed nihil mutandum. Glossar. Gr. Ms. Οὐ διεκρίθη· οὐκ ἐδυσπίστησεν. Et δύσπιστος ap. Hesych. est ὁ δυσκόλως πιστεύων, καὶ ἀβέβαιος, καὶ ἄπιστος μένων. Vide ibi Soping." Plut. de Socratis Genio T. viii. p. 342. Θαυμάζω δ' εἰ τοῖς ὑπὸ Σιμμίου λεγομένοις αὐτοῦ δυσπιστήσουσί τινες.) *δυστατέω s. *δυσδιαστατέω a *δύστατος s. *δυσδιάστατος, (Plut. de Esu Carnium Orat. i. T. x. p. 129. Ἔτι μὲν οὐρανὸν ἔκρυπτεν ἀὴρ, καὶ ἄστρα θολερῷ καὶ δυσταστοῦντι πεφυρμένα ὑγρῷ καὶ πυρὶ καὶ ζάλαις ἀνέμων. "Δυσδιαστατοῦντι e scripto. Nam concinnior vox videtur, quam δυσταστοῦντι. Est autem δυσδιαστατοῦν, quod non facile discedat a se, aut divellatur, non facile intercapedinem admittat, ideoque visu haud facile penetretur." Xyl. Sed Schneider. in Lex. affert ex ejusdem Libro adv. Colotem T. x. p. 621. Ἕξις ἀνδρῶν καὶ διάθεσις φυλάττουσα τὸ ἀδιάπτωτον, καὶ μὴ προσιεμένη ταῖς διαβεβλημέναις οὕτω καὶ δυσταστούσαις αἰσθήσεσι τὴν κρίσιν.) Horum locorum notitiam Schæferi Schedis debemus, qui insuper *δυσφυλακτέω, a δυσφύλακτος, addit, ex Heynii Homero vi. 37. "Pseudo-Didymi Schol. ad Il. K. 183. (Δυσωρήσονται· δυσφυλακτήσουσι, κακὴν φυλακὴν καὶ νύκτα διαγάγωσι,) Etym. 292. 50. (Δυσωρήσονται· δυσφυλακτήσουσι, κακὴν φυλακὴν καὶ νύκτα διάξουσι,) et Hesych. (Δυσωρήσονται· δυσφυλακτήσωσι, κακὴν νύκτα διαγάγωσι φυλάσσοντες· *ὥρος γὰρ ἡ φυλακή.)" G. Wakef. in Mss. "Ex Hom. Il. K. 183. ubi Schol. δυσφυλακτήσουσι, ut Suid. et Etym. quod et hic malim pro δυσφυλακτήσωσι, κακὴν φυλακὴν καὶ νύκτα διαγάγωσι, Etym. διάξουσι, quod præstat. Nisi malis, Δυσωρήσωνται: quando reliqua bene se habent. Vide Barnes. ad l. l. Apollon. Lex. Homer. Δυσωρήσωσι· δυσφυλακτήσωσι καὶ κακὴν νύκτα διάγωσιν." Albert. "Schol. et Hesych. habent διαγάγωσι, unde pro διωρήσονται lectum olim in Homero fuisse conjecit Barnes. δυσωρήσωνται, sed pertinent illæ interpretandi formæ, uti et Hesychii δυσφυλακτήσωσι, ad antiquam, quam Apollon. servavit, lectionem, δυσωρήσωσι." Herm. Tollius ad Apollon. Lex. In Pseudo-Didymi Scholio pro διαγάγωσι ex Etym. reponendum est διάξουσι, quando præcedit Δυσωρήσονται—δυσφυλα-

